



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 113. Adriani Gouffier alias Boisii fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sæc. XVI** bulum contra Papam indixit: quare Ju-  
**A.C. 1523** lius Viri temeritatem vehementer indig-  
 natus, illum in Concilio Romæ convo-  
 cato purpura indignum declarabat, quem  
 tamen Leo X. Anno post Christum na-  
 tum millesimo quingentesimo decimo  
 tertio pristinis honoribus restituit. De-  
 dum regnante Adriano VI. honorificis  
 fungebatur officiis, & Cardinalis Osti-  
 ensis, ac facri Collegii Decanus renun-  
 ciabatur; Anno autem millesimo quin-  
 gentesimo vigesimo secundo die decima  
 sexta Decembbris mortalitatem exuit,  
 annos natus sexaginta septem: sepultus  
 est in Ecclesia S. Crucis in Jerusalem.

## §. CXIII.

*Adriani Gouffier alias Boisii fata.*

**Cide. p. 244.** **Aubery l.c.** Quartus, quem sacrum Purpuratorum  
**Claud. Ro-** Collegium hoc anno luxit, erat  
**bert Gallia** Adrianus Gouffier, alias Boisius. Is Pa-  
**Christ.** trem habuit Guilielmum Gouffier Boi-  
**Fizon in** sy Domini, qui primum Regi a Cubi-  
**Gall. purp.** culis, Sanctonensis Rector, necnon Caroli  
**Joan. Chenot** VIII. Regis, Annæ de Beuil, & Ludo-  
**de episc. Gal.** vicæ de Ambasia, quæ erat Calvimon-  
**Dughel in ad-** tii Principis filia, Gubernator extitit.  
**tit. ad Ciac.** Adrianus ex secundo Patris sui thoro  
 genitus primo Thoracii Decanus, Bur-  
 goliensis, Cormeryensis, Deolsensis &  
**S. Florentii** Abbas, postea Constantien-  
 sis

sis in Normannia, & Albiensis Episcopus, Sæcul. XVI.  
ac demum Cardinalis nominatus est, ad A.C. 1523.  
tam amplas dignitates potissimum eve-  
ctus per favores fratrum suorum, Mag-  
ni Franciæ Magistri, & Admiralis. Ipse  
etiam Franciscus Rex in colloquio Bo-  
nonensi pro eo apud Leonem X. inter-  
cesserat, ut purpura decoraretur, quam  
etiam Papa illi in secreto Patrum Sena-  
tu die decima quarta Decembris Anno  
millesimo quingentesimo decimo quinto  
concessit, & ne quid amplissimæ digni-  
tati deesset, eidem quarto post an-  
no in Gallia Legati Apostolici vices de-  
mandavit. Rebus humanis ereptus est  
in castro Villædei ad Ingerim Exodu-  
nensis ditionis die vigesima quarta Julii  
Anno Salvatoris millesimo quingentesi-  
mo vigesimo tertio. Corpus ejus dela-  
tum fuit ad Abbatiam Burgoliensem,  
ubi sepulturam selegit.

§. CXIV.

*Grimani Cardinalis obitus.*

Quintus erat Dominicus Grimanus pa-  
tria Venetus, Portuensis Episco-  
pus, & Patriarcha Aquileiensis, Anto-  
nii Grimani, qui defuncto Leonardo Lau-  
redano Venetæ Reipublicæ Dux erat,  
filius, natus die vigesima prima Julii, an-  
no supra millesimum quadringentesimo

A a 5                sexa-